

**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Sacramentis. In qua Tractatibus decem de Sacramentis in genere, tum speciatim, videlicet de Baptismo, Confirmatione, Eucharistia spectata vt Sacramento, & vt sacrificio: de Pœnitentia, de Suffragiis, Indulgentiis, & Iubilo, de Bulla Cruciat, de Extrema-vnctione, & demum de Ordinis Sacramento ...

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

De ornatu altaris, vasis, & sacris ad celebrationem requisitis. 10

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76649](#)

lissima origine traditur. Nam quæ per somnia, & per inanes quasi revelationes quorundam hominum vñcunq; conseruantur altaria, omnino reprobantur. Textus vero cap. 7. secunda Synodi generalis non convinicet, quia esto præceptum ibi fuerit, nullum templum absque Sanctorum reliquis consecrari, non inde inferatur quodlibet altare illius templi reliquias martyrum continere debet; sufficit enim si aliquot illius reliquias contineat. Adeo ad satisfaciendum prædicto precepto opus non esse reliquias martyrum in ipso altari sumpto aleari pro ora sacrificii, includi, sufficit in altari communiter sumpto adsumi, sicuti adsumt imagines, & alia altaris ornamenta.

Sed gratis admitto, quod antiquo tempore fuerit præceptum ne vñcum altare consecratur absque reliquis Sanctorum in ipso inclusis, dicendum necesse est consuetudine abrogatum esse. Etenim altaria ita multiplicata sunt ex necessitate, ut vix pro tot altariis reliquiae certa Sanctorum possint inueniri; nulla igitur est obligatio includendi ibi reliquias. Neque obstat Ecclesiam in introitu Misericordie oratione Durandum per merita Sanctorum, quorum reliquiae ibi sunt, quia intelligi debet conditionaliter, si ibi sint: præfata enim huius fons Oratus te Domine per merita Sanctorum tuorum, quoniam reliquiae hic sunt, id, est quorum reliquiae hic fuerint, & omnium Sanctorum. Sententia vero Durand. lib. 1. Rational. divisione officiorum. cap. 7. num. 21. & Ioann. Andri. in cap. placitis de consecratis. disp. 1. afferentium loco reliquiarum particulam hostiæ consecratae apponi in arca posse, non est, sed omnino reprobanda. Est enim contra reverentiam debitam sacramentum illud corruptioni expondere, atque ita relato Panormiti, docet. Valsq. disp. 23, cap. 2. num. 17. Egid. de Coninch. q. 83. art. 3. dub. 2. num. 24. Suar. disp. 8. sect. 1. Eman. Sa. verbo altare in fine.

6. Supradictum dicendum, quando altare tam fixum, quam portatile consecrationem amittat? Affirmat communis sententia altare reliquias Sanctorum in se continens consecrationem amittere, si focus, seu signum eas reliquias continens frangatur, aut mouetur. Sic docent Canonistæ in cap. 1. & cap. lignis de consecratis altaris. Silvest. verbo altare. q. 8. Angel. q. 2. S. d. num. 1. Layman. lib. 5. sum. tract. 5. cap. 6. n. 9. vers. xinde. Barbo. plures allegans, 2. p. de potest. Episc. alleg. 27. n. 25. q. 26. Bonac. disp. 4. q. ult. pan. 9. num. 15. Mouentur ex dicto cap. de consecratis. Eccl. ibi. Adhuc si altare motum fuerit, aut lapis ille superpositum superpositus, qui signum continens contractus, aut etiam diminutus, debet iterum consecrari.

Verum ut recte notauit Egid. de Coninch. q. 83. art. 3. dub. 2. num. 240. & Layman. dicto. loco. ex prædicto textu nullatenus colligitur altare exercari fractione, seu motione signilli reliquias continentis, sed solum fractione, seu diminutione lapidis superpositi signilli, quod longe diuersum est. At cum consecratio ex iure tantum positivo pendas, & communis sententia affirmit fractione, seu motione signilli reliquias continentis altare exercari, credendum est vnu, & consuetudine sic firmatum esse, à quo recedere indecens erit, sicuti notauit Layman. loco cap. 6. num.

7. Deinde altare tam fixum, quam portatile consecrationem amittit, si ita frangatur, aut diminuitur, ut pars quæ integræ remanet calicem cum patena commode continere non possit: quia eo ipso redditum incepit muneri sacrificij. Si omnes doctores referendi. At si pars quæ remanet commode calicem cum patena continere possit consecrationem non amittit, quia non amittit formam sibi debitam altaris enim forma nulla alia signata est præter magnitudinem, quæ calicem cum patena continet, quare ea magnitudine perseuerante & forma altaris remanet, & consecratio perseuerat, vt colliguntur ex cap. 1. lignis. cap. quod in dubiis. de consecratis. Eccl. vel altaris. & tradunt Syluest. verbo altare. q. 8. eman. Sa. num. 1. Suar. disp. 8. sect. 5. Valsq. disp. 23. cap. 2. sub num. 12. Egid. de Coninch. q. 83. art. 3. dub. 2. num. 24. Bonac. disp. 4. de factam. q. vult. 9. num. 15. Barbo. alleg. 27. num. 25. Laym. dicto. cap. 6. num. 3. Cum autem dubium est, an diminutio, seu fractura impedit legitimam calicis, & patenæ continentiam Episcopus judicare debet, neque alteri arbitrium comittitur. Barbo. Bonac. Laym. loc. alleg.

8. Altaris consecrationem amitti, si cornua illius franguntur, seu diminuantur, tametsi pars remanens calicem, & patenam commode continere possit affirmant Silvest. verbo altare. q. 8. Armilla. num. 10. Henr. lib. 9. cap. 28. num. 1. in comment. R. Barbo. alleg. 27. num. 26. Bonac. p. 9. num. 15. Mouentur, quia illis in partibus sacra sit vñctio, & consecratio. Ergo illis partibus pereuntibus consecratio petet. Ceterum oppositum verius est, quia esto illis in partibus vñctio, & consecratio facta fuerit, at tota ara ex ea vñctio reditum consecrata. Quam consecrationem amittere non poterit, dum sacrificio peragendo apta fuerit. Sic Laym. lib. 5. sum. tract. 5. cap. 6. num. 6.

9. Motione absque fractione vñl altare fixum exercatur, si lapis superpositus ab structura, cui est affixus separatur. De-

ciditur expressè cap. ad hoc. cap. quod in dubiis, cap. lignis de consecratis. Eccl. vel altaris. Quia vt dicit Glosa in dicto c. ad hoc altare fixum vt fixum & stabile perseuereret, consecratur. Quod si altare fixum permanere firmiter possit, aliquibus lapidibus structuræ dimotis, consecrationem non perdit, quia absolute eandem formam terinet, sub qua fuit consecratum, vt bene aliis relat. docuit Valsq. disp. 23, cap. 2. num. 13. Layman. lib. 5. sum. tract. 5. cap. 6. num. 3. Suar. disp. 81. sect. 5. in medio. Quinto si tota mensa simul cum lapidibus quibus inheret de loco in locum moueatur, affirmat Valsquez & Suar. non obdetracti, quia prædicti textus non de motione, & separatione locali, sed de motione, & separatione ab structura loquuntur. Neque milii displaceat dictum Tabien, verbo altare §. 5. in cuius fauorem propenderet Suar. dicta sect. 5. in medio, altare fixum tunc amittere consecrationem per separationem superioris mensæ à columnis, quando consecratur, vt fixum, & immobile. Secus quando prius consecratur mensa, & postmodum structuræ superponitur. Ex eo autem quod altare fixum motione, vel fractione consecrationem perdat, Ecclesia nullatenus exercata sensenda est, ex decisione textus in cap. ad hoc de consecratis. Eccl. declarant is, seu corrigentis textum in c. motum de consecratis. disp. 1. & tradunt Glosa ibi. Valsq. & Suar. locis allegatis. Adde exercata Ecclesia, quia eius parietes combuti, vel collapsi sunt, altare consecratum permanere poterit. Et è contra altare exercratum esse potest, tametsi Ecclesia consecrationem retineat, quia consecratione distincta consecrata sunt Sylvest. verbo altare. q. 11. Mirad. t. 2. man. Prelat. q. 39. art. 7. Suar. disp. 81. sect. 5. vers. in terita parte Barbo. alleg. 27. num. 26. Layman. lib. 5. sum. tract. 5. cap. 5. in fine. Altero vero dicendum est de pollutione, nam altari polluto per fanguinis, vel feminis effusione Ecclesia polluta est. Et è contra Ecclesia polluta omnia altaria fixa ibidem existentia polluta censentur, quia pollutio quolibet loco Ecclesiæ contingens toram, Ecclesiam, cunctaque cæmeterium contiguum afficit: & notauit Layman. loco allegato.

10. Difficilis est, an altare portatile consecratione indigat, si à lignis seu capsula, cui est inclusum separetur? Affirmant Paludan in 4. dict. 13. quæst. 2. art. 4. cunct. 2. Angel. verbo altare num. 2. & moueri possunt, quia textus in cap. 1. c. quod in dubiis. cap. lignis de consecratis. Eccl. afferentes per fractionem, seu motionem lapidis ab structura consecrationem amitti, generaliter de altari loquuntur, nec decisionem limitarunt ad altare fixum. Ceterum esti prædicti textus manifeste non expresserint, de solo altari fixo doctrinam intelligendam esse; At latè ex illis colligitur præcipue cum altare portatile vt ex uno loco in aliud moueri possit institutum sit, & capsula illa lignea, in qua ara includitur non pro forma, sed ad ornatum, & custodiā apponatur. Non igitur ex illius motione, & separatione amittere altare consecrationem debet, vt bene docuit Abbas, dicto cap. 1. de consecratis. Eccl. Sylvest. verbo altare. quæst. 9. Suar. disp. 81. sect. 5. in medio. Valsq. disp. 23. cap. 2. poët. med. Egid. de Coninch. q. 83. art. 2. dub. 2. n. 239. Eman. Sa. verbo altare. Laym. lib. 5. sum. tract. 5. cap. 6. num. 5.

11. Tandem in cap. ult. de consecratis. disp. 2. statuitur, vt in altari in quo Episcopus Missam cantauit, presbyter eodem die aliam celebrare non præsumat ob reverentiam Episcopo debitam. Sed hoc intelligendum est inquit Azor. inst. moral. 1. p. lib. 1. cap. 27. q. 10. Barbo. alleg. 27. num. 26. in fine, quando Episcopus in suis Ecclesiis, & in propria diocesi, & solemnia cæmeronia, & religione rem diuinam celebraverit. Et licentia tam Episcopi, vel necessitate virgente optimè poterit sacerdos ibidem celebrare, sicuti notauit Glosa suprad. cap. Henr. lib. 9. c. 28. num. 1. Quintino præceptum hoc consuetudine ferme abrogatum esse restatur Scotia lib. 2. de sacrificio c. 14. num. 6. Laym. lib. 5. sum. tract. 5. cap. 6. num. 10.

P V N C T V M X.

De ornatu altaris, vasis, & vestibus sacræ, aliisque ad celebrationem requisitis.

1. Quibus linteis altare exornandum sit.
2. Parva palla, & purificatorum requiritur.
3. Requiritur lumen, & ex qua materia.
4. Item liber Missalis, & qualiter.
5. Debet esse altare Crucis exornatum.
6. Patena, & calix consecrata ab Episcopo vel habente prælegium.
7. Vasa, in qua sacramentum reponitur debet esse benedicibile, & ex materia qua calix, sed non necessario.
8. Adesse debent vestimenta sacra benedicibile.
9. Ob decentiam calceatus sacerdos accedere debet.
10. Quando cooperio capite celebrare possit.
11. Debet in sacrificio sacerdos habere ministrum non familiam, sed virum.

Epiz.

12. Expenditur fyllarum quando ornamenta altaris consecrationem, seu benedictionem amittant.
 13. Qui possit sacra ornamenta tangere.
 14. Recitatio matutinarum precum non necessarii primitur ad eis celebrationi, et si alij contrarium firmant.

1. Plura primiti celebrationi debent. Primo decet integrum menstru altaris linteo mundo cooperiri. Ex necessitate autem sola pars altaris, quae arat vocatur cooperienda est duplice linteo, vel uno duplicato, quae non oportet esse benedicta, quinim in necessitate profana esse possum, & ea postmodum verna domino reddi, teste Sa. verbo Missa. n. 7. Azor. 1. p. lib. 10. cap. 28. quis. 8. Laymann. tract. 3. cap. 6. num. 11. Super hac linteum apponi debet palla benedicta, quae vulgo corporale vocatur. Vnde altare triplici linteo ornandum necessarium est, neque plura requiruntur. Nam esto in cap. si per negligentiam de consecrat. disp. 2. quartuor linteorum mentio facta fuerit. At consueerdine prescripnum est tria sufficere, duplex non benedictum, & alterum benedictum.

2. Secundo requiritur ex praescripto Ecclesie parva pallia, quae Calix cooperatur similiiter benedicta, qua non ex ferrico, neque auto elaborata qua parte calicem tangit sed ex ligno debet esse. Sine hac sacram dicere graue peccatum esse, nisi corporalia ita oblonga sint, ut calicem cooperire possint, testatus Sa. disp. 81. sect. 6. s. 2. His addendum est purificatorium, quo calix lumen sanguine, & lotione purificatur, quod oportet esse benedictum, sed non ex necessitate, cum immediate species sacramentales non attingat, neque aliqui inueniantur de hac benedictione praeceptum. Prædicta corporalia debent esse ab Episcopo, vel ex eius commissione a simplici sacerdote. Etenim quoties aliqua res sacranda non est Christiatis vocatione, simplici sacerdoti committi potest. De facto commissa est haec facultas a fide Apostolica omnibus superioribus Societatis, vt constat ex compend. priuileg. verbo benedicere. §. 3. sed cum quadam limitatione: nam si corporalia, vestimenta, &c. que ornamenta Ecclesie pro viu externorum benedicenda sint, id fieri non potest, nisi necessitas urgat, & preslati diffente, & sine illorum offensione. Preterea debent esse munda, ne horrorem, & scandalum generent, alias grauitate sacerdos contra reverentiam tanto sacramento debitam delinqueret, ut bene notauit Sa. disp. 81. sect. 6. ante secundam conclus. Eman. Sa. verbo Sacra. num. 5. Pluribus relatis Bonac. disp. 4. quis. 8. vlt. pun. 9. num. 24. Quod de aliis sacerdotalibus vestimentis suo modo dicendum est argumentum, relinquimus in custodia Eucharistie, & tradit Eman. Sa. verbo Sacra. n. 5.

3. Tertio requiritur lumen ad sacrificium, sine quo sacram dicere graue esset peccatum, colligetur manifeste ex cap. vlt. de celebrat. missar. vbi quidam presbyter grauitate damatur, quia sine igne, hoc est lucerna sacrificabat. Sufficit una lucerna, tametsi deceat plures esse. Et licet in Trident. disp. 12. decreto de obseruand. in celebrat. missar. prohibitus fuerit certum numerum candelarum ad sacrificium apponendi, intelligendum est, si illi certus numerus ex superstitione appositus fuerit, secus si ex religione fuerit præceptum, ut bene notauit Valq. disp. 23. cap. 1. circa finem. Materia huius lucernæ certa debet esse, ut ex coniunctudine confiat. Si tamen haec desit, & scandalum abiit (facile absit potest) conferre peccatum non esse lucernam ex oleo abhibere, vti docuit Valq. disp. 23. cap. 3. Quinimo adhiberi sebaceam excludant, ex peccato Azor. 1. p. lib. 10. i. in statut. moral. cap. 28. quis. 15. Tollet. lib. 2. sum. cap. 2. n. 14. Bonac. disp. 4. de sacram. quis. 8. vlt. pun. 9. num. 31. Laym. c. 6. num. 17.

4. Quartuor requiritur liber Missalis saltem in quo Canon continetur non ex aliquo iure positivo scripto, sed consuetudine firmato, & rubricis Missa approbato. Quocirca communiter Doctores cent, vt videat est apud Nauar. cap. 15. num. 84. Henr. cap. 29. num. 7. Bonac. disp. 4. de sacram. quis. vlt. pun. 9. num. 30. graue esse peccatum sine supradicto libro celebrare, ne sacerdos periculo errandi se exposant. Et licet aliquis sacerdos huic periculo morali expositus esse non videatur, ex quod firmiter memoria Canonem teneret, sufficit communiter hoc adesse periculum, ut lege prædicta omnes astringatur. Adde quemuis sacrum faciem facili distracti, vel tuhali posse, ita ut nequeat Canonem integrè recitare. Ut igitur hoc vicevit periculum, expedite omnino canonem scriptum, ibi præsentem habet. Nihilominus non videtur improbabile posse sacerdotem abique Missal, cum facilè non reperiatur, sacram facere, si experientia comparet nullum errorum committere memoriter omnia recitans, quia abest periculum mortale errandi. Sic Sa. disp. 81. sect. 6. Laym. c. 5. sum. tract. 5. cap. 6. num. 17. vers. idemque. Valq. disp. 23. cap. 3. in fine, vbi concludit, quod sacerdos cui ita debili est potestas videnti, ut nullatenus legere possit si tamen nocturna debita cum reverentia levare, adorare, & latere, & lumine possit à sacrificio faciendo excludendum non esse, tametsi ut videntur nota, expedit liber missalis prætentem habere.

5. Quinto requiritur altare aliqua cruce ornatum esse:

nam icto in iure præceptum non sit, habetur tamen in regulis Missalis, & in caremoniis, & riebus Missi; omisso autem huius ornatus non videtur esse graue culpa ob materia leuitatem, sic docuit Suar. disp. 81. sect. 6. §. quinto. Laymann. lib. 5. sum. tract. 5. cap. 6. n. 12. vers. 8. Bonac. disp. 4. quis. vlt. punct. 9. num. 30.

6. Sexto requiritur patena, & calix consecrata ab Episcopo, vel aliis potestate habentibus. cap. 10. de Sacra vocatione. §. vlt. & alius de consecrat. disp. 1. Materia patena, & calix debet esse ex auro, vel argento, vel si virga pauperum ex stanno, non vero ex lapide, ferro, ære, ligno, vitro, aliisque similibus, habetur cap. ut calix de consecrat. disp. 1. c. vlt. de celebrat. missa, & tradit omnes Doctores. Plumbeum ex opinione Em. Sa. verbo missa. n. 8. & Hostien. relati à Sylyuest. verbo calix in principio pro stanno reputatur. At rectius ipse Sylyuest. & Paulan. in 4. disp. 13. quis. 2. art. 5. Valq. disp. 23. cap. 4. num. 30. Suar. disp. 81. sect. 7. Laymann. lib. 5. sum. tract. 5. cap. 6. num. 12. existimat ex plumbe confici non posse, eo quod in prædicto cap. ut calix nulla alia materia præter argentum, aurum, & stannum apta ad confidenciam calicem indicatur, cum igitur plumbeum diuersum sit, permitti non debet. Addi plumbeum facile denigratur, & lordes contrahit, & ad vomitum prouocat, quæ sunt precipue rationes, ob quas in aliis materiali ab auro, argento, & stanno calix confici non permittit. Aduertere supradicta intelligenda esse de culpa calicis, per enim ex ære, ferro, aliisque materia confici potest, teste Valq. disp. 23. cap. 4. num. 30. Agid. de Coninch. quis. 8. art. 3. dub. 3. Valq. disp. 23. cap. 4. num. 36. Laymann. lib. 5. sum. tract. 5. cap. 6. in fine. Bonac. disp. 4. quis. vlt. pun. 9. num. 23. Nam eti contrarium sententia Barbola. allegat. 27. num. 14. cui fauet. Suar. disp. 81. sect. 7. ad finem. Reginald. lib. 29. num. 201. Materia pyxidis signata non est, expedit tamen esse auream, argenteam, vel saltem flanneam, ut notarunt Valq. & Agid. locis alleg. Moner tamen Valq. pyxidem seu vasculum sacramenti super aram consecratam corporalibus benedictis coopertam collocari debere, vt confiudine seruantur. Si enim ad illius sacramenti consecrationem prædicta arara, & corporalia requiruntur, cur non ad permanentem illius consecrationem? Carterum non credetur esse grauem culpam horum omissionem. Tum quia nullibi de hac observatione inveniatur præceptum, sicuti inveniatur pro sacramenti celebrazione. Tum quia est longe diuersa ratio. Etenim in celebrazione requiruntur aræ, quia sacrificium celebrantur. Deinde quia sacra hostia immediatè super aram, & corporalia collocatur, & insuper collocatur ibi sanguis, qui si aliquando effandi contigerit, expedit ne extra sacra linteamina effluer, quia in Eucharistia in sacraario deposita non procedunt. Alias si ex celebrazione argumentum defundendum esset, tribus linteis aræ debetur ornari, sicuti ornari in celebrazione, quod tamen confiudidine obliteratum non est.

8. Septimo requiruntur pro sacrificio vestimenta sacra ab Episcopo, vel ab aliо habente potestate benedicta, nempe amictus, alba, cingulum, manipulus, stola, & casula, fine vestibus, vel aliquo illorum celebrare graue esse peccatum teſtatur communiter Doctores apud Valq. disp. 23. in fine Nauar. cap. 15. n. 84. Suar. disp. 82. sect. 2. & 3. Agid. de Coninch. dub. 3. num. 250. Bonac. disp. 4. de sacram. quis. 8. vlt. punct. 9. n. 26. colligitur ex cap. vestimenta de consecrat. disp. 1. & ex cap. Ecclesiastica 23. disp. vlt. sub excommunicationis pena aratatur sacerdos cum stola sacrificare, idemque est de reliquis vestibus. Et licet Scorus, & Richard. relati à Nauar. & Eman. Sa. verbo Missa. num. 10. quibus fauet Sylyuest. codens 1. num. 2. sentiant cingulum non esse necessarium bene dicendum. Contrarium tamen seruandum est ex prescripta confiudidine, & ex Pontificali Romano, & ex dicto cap. vestimenta. Movent tamen Suar. disp. 82. sect. 2. in fine. Eman. Sa. n. 11. Azor. lib. 10. cap. 28. q. 9. vii posse stola pro manipulo, aut cingulo, aut manipulo pro stola, si habeat longitudinem debitam, ut humeros cooperiat, quia videntur plus ministrare eiudem esse formæ, quia est horum vestimentorum essentia. Si autem haec vestes duplices sint, id est ex parte interioribz, & exteriori singulare benedictæ manent, si separantur, sicuti notarunt Eman. Sa. & Suar. supra, quia unica benedictione sacra sunt. Significatio

factio mystica horum vestimentorum optimè traditur à Suar. supra: & colligitur ex orationibus ab Ecclesia institutis, quas sacerdos recitat debet, cum se ille faciat vestibus induit. Sed an ex gratia culpi teneatur eas orationes recitate? non conuenient Doctores. Nauart. cap. 25. num. 73. & Azor. 1. p. lib. 10. cap. 29. quæst. 5. affirmant, quia est gravis Ecclesiæ cærementia. Sed verius est illarum omisionem foliam culpam venialem constitutere. Non enim maiori rigore ea cærementia recepta est, teste Henr. lib. 9. cap. 14. ad finem. Pitigian. disp. 13. quæst. 2. art. 10. Bonac. disp. 4. de sacram. q. vlt. pan. 9. n. 32. Layman. lib. 5. sum. tract. 5. cap. 6. n. 12. ver. 8.

9. Ocauo in rubricis missalis prescribitur, ne sacerdos celebratur accidat abique calceis, & quin superior vestis talium attingat, quæ ob decentiam praescribuntur, sed non sub gravi obligatione sceluso contemptu, vii ex communis sententia testificantur Valq. disp. 233. cap. 4. in fine. Henr. lib. 9. 26. n. 3. Suar. disp. 82. sed. 3. Saâ. num. 15. Bonac. disp. 4. de sacramentis. quæst. 8. lib. 9. num. 29. Egid. de Coninch. quest. 83. art. 3. in fine. Layman. lib. 5. sum. tract. 5. cap. 6. num. 16. vbi affirmant nullam esse culpam occurrente aliqua necessitate, sine calceis celebrare.

10. Non debet sacerdos discooperito capite celebrare ex textu in cap. Nullus Episcopus de consecrat. disp. 1. Ob causam tamen infinitam potest Episcopus licentiam concedere velato capite celebrari, vt docent Suar. disp. 82. sed. 3. & Bonac. q. vlt. p. 9. num. 29. Quinimo rationabilis causa certa intercedente posse fieri abique Episcopi licentia testatur expresse Valq. disp. 233. cap. 4. assertaque in Pollonia omnes Sacerdotes etiam religiosos hyemali tempore vlt. ad consecrationem velato capite altaria defesse, probat quo ex dicto cap. nullus, quod præsumptionem requirit. At qui ex necessitate facit, non remittet factum. Conferit Layman. lib. 5. sum. tract. 5. cap. 6. Henr. lib. 9. cap. 26. num. 3. Nauart. lib. 5. conf. 7. de celebrat. missar. tu potrema edit. Saâ. verbo Missa. num. 17. A. Zor. cap. 28. quæst. 6. & alij.

11. Decimo tenetur sub gravi culpa Sacerdos in sacrificio habere ministrum, qui sacrificio inferiatur, & respondeat, sique vir sit, non feminam. Colligitur ex cap. proposizio de Filiis presbyteriorum. Et licet in cap. hoc quoque de consecrat. disp. 1. requiratur duos esse presentes, contraria confunditudo abrogatum est, teste Azor. lib. 10. cap. 29. quæst. 1. Valq. quæst. 83. 5. vel vt alii placet, textus ille non de Missis priuatis, sed solemnibus loquitur, quæ pluralitera ministrorum habere debent, cum in hoc eiu solemnitas constat. Quinimo Glos. dicto cap. hoc quoque, & Turrectem. ibi. Sotus. disp. 13. quæst. 2. art. 5. ad 12. Graffis lib. 2. sum. cap. 42. num. 3. Azor. lib. 10. cap. 29. quæst. 3. Saâ. verbo Missa. num. 18. existimat virginem necesse fieri, v.g. communicandi instruimus, vel audiendi sacram die festo, abique ministro celebrari. Et forte huic probabili opinioni nititur consuetudo Belgica, vt sacerdotes praeternum in pagis absque ministro celebrent, cuius consuetudinis meminit Layman. eamque approbat lib. 5. sum. tract. 5. cap. 6. num. 13. sed certe hæc confunditudo sic generalis est, permittenda non esset, alia in ea regione lex Pontificia abrogata est. Addit. preceptum communicandi iustum, & celebrantem die festo non obligat, nisi cum celebratio seruitus Ecclesiæ titibus, & cærementis fieri potest, vt bene notauit Valq. in præsentis. quæst. 83. art. 5. Bonac. disp. 4. de sacram. quæst. vlt. p. 9. num. 34. illud tamen existimo certum nullo casu licete feminam sacrificio inferiure, & veluti ministrum sacerdoti respondere, sed sacerdos esse abique ministro celebrare, quam feminam in ministrum altari adhibere. Est enim hoc specialiter prohibitum in cap. inhibendum de cohabit. cleric. & malier. Et tradit. Egid. de Coninch. quæst. 83. art. 5. num. 26. 4. & ibi Valq. Suar. disp. 87. sed. 1. ad finem. Bonac. alii relatis disp. 4. de sacram. quæst. vlt. pan. 9. num. 3. Neque huic doctrina obstat conuertere virgines in monasteriis monialium, quæ sacerdoti è choro respondent. Id enim nullam indecentiam inuolutum.

12. Superest triplex quæsto emendanda. Prima, quando cœnstant otiam altaris suam benedictionem, vel consecrationem amittere? Cuius questione unico verbo fieri posset lati, si respondeas, quories praedita formam ab Ecclesia prescriptam amittunt, additione, diminutione, vel fractio, & benedictionem, ten consecrationem admittere. Sed claritas gratia omnia significavit expendamus. Corporalia diminutione, seu rupitione amittunt benedictionem, cum in epa reddantur, vt calicem cum patena continere possint, quia ea continentia est illorum forma. Amictus, Alba, Cingulum, Manipulus, Stola, & Caftula benedictionem perdunt, si suis officiis exequendas incepta fuerint. Unde si ab Alba manicam absindas, nonna benedictione indiger, quia vlt. ad quem destinata est, deferire non potest. Cingulum si ita rumpatur, vt neutra pars cingerere sacerdotem possit. Stola si nequeat sacerdotis humeros operire. Et sic de reliquis. Sic Nauart. cap. 25. num. 84. Suar. disp. 82. sed. 2. & 5. Egid. de Coninch. quest. 83. art. 3. num. 20. Bonac. disp. 4. de sacram. quæst. vlt. pan. 9. à num. 26. & seqq. Barbol. alleg. 27. num. 45.

Layman. lib. 5. sum. tract. 5. cap. 6. num. 6. & alij apud ipsos. Eodem modo præcitat Doctores de Calice & Patena loquuntur: affirmant namque consecrationem perdere, si vlt. ad quem sunt destinata, nequeant commode deferire. Quod fractione cuppe Calicis à cuppa vel pede contingere potest. Si vero cuppa tornatilis fuerit per illius à pede separationem consecratio non perditur, si iterum tangatur ex recepta Ecclesia confuetudine, quia sub ea conditione consecrat, vt separari possit, scilicet diximus de altari vialico, quod mouetur à liguis quibus includitur. Atque ita docent Henr. lib. 9. cap. 28. num. 2. Suar. disp. 81. sed. 7. Coninch. q. 83. art. 3. dub. 3. numer. 248. Azor. 1. p. lib. 10. cap. 28. quæst. 7. Bartol. alleg. 27. numer. 40. Bonac. disp. 4. de sacram. q. vlt. pan. 9. numer. 20. Valq. disp. 233. cap. 4. num. 35. Layman. lib. 5. sum. tract. 5. cap. 6. num. 6. Quod si Patena, & Calix qua parte species sacramentales actingunt dearentur, Etsi Durand. lib. 1. Rational. cap. 6. numer. 36. Egid. de Coninch. q. 83. art. 3. dub. 3. numer. 246. Eman. Saâ. verbo calix, numer. 2. Selua de benefic. 1. p. q. 5. num. 99. existimant latis probabilitate non indigere noua consecratio, eo quod non sit diuersus Calix, sed idem & sub eadem figura, sicuti Ecclesia consecrata, quæ denuo dealbatur. Et quia pars addita est longe minor præexistens, ac proinde præexistens consecrata illam ad se trahere debet, & consecratam reddere, & denique amissione deaurationis præcisè consecratio non amitterit, non igit amitti debet deauratione superuenient. Nihilominus probabilitate noua indigere consecratione, quia hæc consecratio fit proper immediatum contactum Corporis, & Sanguinis Christi, qui in parte consecrata necessariò faciens est. At noua deauratione postea contactus non fit in parte consecrata, cum aurum supradictum consecratum non fit. Ergo. Neque rationes contrariae videntur. Non prima, quia effo Calix denuo deauratus, idem repudetur quod affimationem, & materialem, & politicam vlt., sicuti consecratus, & non consecratus, at quod vlt. sacrificii nequaquam idem confiri debet, quia hæc vlt. ex consecratione partis immediata Corpus, & Sanguinem Christi tangentis desumendus est. Secus est in Ecclesia consecrata, cuius consecratio non in partem superficie, sed in illorum crustis fixa est, ac proinde dealbatione amitti non potest. Et hinc dissolvitur secunda ratio, nam licet pars consecrata præexistens maior sit in quantitate, quam peraddita, quia tamē minor est, minime principialis in vlt. sacrificij, cum non immediatè, sed mediae sanguinem contineat, ea de causa nequit partem superadditam consecratam reddere. Tertia nullius est momenti: Factor liberter cum Suar. Egid. Valq. Coninch. Layman. & aliis amissione deaurationis consecrationem non perdi, quia cum totus Calix consecratus sit, deaurationis amissione non redditur impotens ad Christi Sanguinem immediatè concinendum in parte consecrata, secus contingit, cum deautio deauratur, siquidem pars consecrata immediatè continet, non potest Sanguinem Christi. Atque ita sustinent alios referentes Azor. 1. p. in finit. Moral. lib. 10. cap. 28. quæst. 4. Suar. disp. 81. sed. 3. Vgolini. de potest. Episcop. cap. 30. num. 3. Barbol. alleg. 27. num. 18. Valq. disp. 233. cap. 4. numer. 34. Bonac. disp. 4. de sacram. quæst. vlt. p. 9. numer. 19. Layman. lib. 5. sum. tract. 5. cap. 6. num. 6.

13. Secunda questio, quis possit Calicem, Patenam, Corporalia, sacrae vestimenta tangere? Et quidem dum Corporalia, Calix, & Patena Corpus, vel Sanguinem Christi continente, nemini præter sacerdotem, vel diaconum licetum esse contingere, firmante ex communis sententia Suar. disp. 81. sed. 8. Filiccius. tract. 5. cap. 4. num. 13. Bonac. 4. de sacram. quæst. vlt. pan. 9. num. 21. Layman. lib. 5. sum. tract. 5. cap. 6. num. 18. Et decidunt cap. non oportet. 1. disp. 23. ibi: Non oportet subdiaconos licentiam habere in secretarium (quod Graci Diaconum appellant), & contingere vlt. Dominica. Si vero actu Corpus, & Sanguinem Christi non contineant ab omnibus faciat hominibus tangi possunt. Cap. sacram. 23. disp. Qui autem sub sacris hominibus intelligentur: non conuenient Doctores. Nam Suar. disp. 81. sed. 8. existimat intelligi omnes qui aliquo Ordine iniciati sunt, imo in probabili sententia qui solum prima tonsura faciunt iniciati, quia vere à profanis hominibus distinguuntur, fauerque textus in cap. non licent. 2. disp. 23. ibi: Non licet euilibet ministeria tangere nisi subdiacono, aut acolyto in secretario vlt. Dominica. Sed rebus Azor. 2. p. lib. 9. cap. 9. quæst. 6. Henr. lib. 9. cap. 28. Coninch. quæst. 83. art. 3. dub. 3. num. 249. Bonac. disp. 4. de sacram. q. vlt. p. 9. num. 21. Layman. lib. 5. sum. tract. 5. cap. 6. num. 19. proficiunt hominibus solos ordinibus sacris insignitos intelligunt, et quicunque concedant ea sacra vlt. tangere. Probant tum ex vlt. & consuetudine, quæ nemini permittit hæc sacra tangere, nisi ordine sacro insignitus sit. Cum ex privilegiis, quæ a sede Apostolica conceduntur minoribus ordinibus iniciatis hæc sacra vlt. tangendi, quæ privilegia necessaria non essent in iure communis iis omnibus prædictis contractus esset permisus. Tum ex cap. Nemo de consecrat. dist. 3. vbi tantum diacono permittitur corporalium pluma lotio, statuiturque aquam

aquam miteti in piscinam. Neque obstat textus, in cap. non licet permittens acolytho hanc sacra tangere, quia intelligi debet in defecum subdiaconi sacrificio ministrantis ex privilegio fidelis Apostolicæ Mendicantibus concessu, omnes qui ex voluntate superioris sacrificio officio funguntur, tametsi nullo ordine sunt insigniti, possint sacra vasa, & ornamenta tangere, ac si facis ordinibus iniciati essent: habetur in monum. Ordin. concess. 9. & refertur in compend. nosfr. priuileg. verbo sacra §. 1.

Verum esto laicis, & clericis inferioribus permisum non sit sacra vasa, & corporalia tangere extra necessitatem, si tamen id faciente scelito contemptu non censetur culpa grauius, sed venialis tantum ob materie leuitatem. Suar. disp. 81. f. 8. Aegid. de Coninch. quæst. 83. art. 3. dub. 3. num. 249. Bonac. disp. 4. de facrum. quæst. v. punct. 9. num. 21. Vafq. disput. 233. cap. 4. in medio. Layman. lib. 5. sum. tract. 5. cap. 6. num. 19. Sanch. lib. 2. sum. cap. 43. n. 27. & alii. Intercedente vero causa aliqua rationabili nullam esse culpam firmant Suar. Aegid. Layman. Vafq. & Sanch. suprà. Eaque de causa corporalia, & purificatoria post primam lotionem scemini maxime virginibus integre laudanda, & recienda traduntur, quia hoc munus exactius quam virtù pœnitentia possunt, vt bene notarunt prædicti Doctores. Si autem de vasculis, ornamentiisque rum facerdotis, rum altaris immediatè Corpus, & sanguinem Christi non attingentibus, communior sententia, & in praxi recepta est à quolibet etiam laico contingi, sed cum reverentia posse, sicuti testantur Suar. Aegid. Layman. Neque obstat textus, in cap. vestimenta de consecrat. disp. 1. vbi de omnibus vestimentis etiam non sacratis dicit Stephanus. Papa alibi non debere contingi, aut ferri nisi à faciatis hominibus. Non inquam obstat, quia ut explicat Suar. disp. 81. f. 8. §. 2. illa verba præceptum non continent; vel si continent non de quolibet contactu, sed de eo qui ad profanum, & Communem venum dirigeretur, intelligi debent, vel certe conuenientiae ipsa abrogatum est id præceptum.

14. Tertia quæstio, an recitatio maturinorum precum præmittenda necessariò fit celebrationi? Affirmant Gabr. lett. 2. in can. Antonin. 2. p. iii. 13. cap. 4. 5. 1. Francolin. tract. de temporib. hor. can. cap. 42. Azor. lib. 10. cap. 28. quæst. 17. Nauarr. cap. 23. num. 83. & de hor. canon. cap. 3. num. 70. Vega. respons. cas. confess. i. p. cap. 54. Henr. lib. 9. cap. 24. num. 7. Graff. lib. 2. deis. Suar. cap. 40. n. 6. & alii relati à Bonac. & Barbo. locis referendis. Mouentur ex recepta conuentudine & ex Rubricis Missalis. Ceterum verius existimo nullum esse peccatum, vel tuncum esse veniale. Quia communior sententia docet non esse mortale præsumum Primam ante maturinum dicere, & Tertiam ante Primam. Sed minorem connexionem haber Missa cum maturinis precibus, quam hora canonica inter se. Quinimo culpa qua in hac parte esse potest; desum non deber ex eo quod Missa non recitat maturinis dictum, sed ex eo quod maturinum dictum non fuerit hora confusa. Quare si ex aliqua causa rationabili excusat, est sacerdos à dicens maturinis absolute, vel à dicens illis hora confusa, sicuti contingit cum infirmis est, nullam culpam committit illis non præmissis celebrando. Atque ita sustinent alios recitentes Suar. disp. 82. f. 1. Coninch. quæst. 83. art. 3. dub. 4. n. 220. Scortia. lib. 2. de sacrificio Missa. cap. 6. Ludovic. Mirand. 1. 1. man. Pralat. quæst. 40. art. 12. Layman. lib. 5. sum. tract. 5. e. 4. num. 5. Bonac. disp. 4. de facrum. quæst. v. punct. 9. num. 8. Barbo. 2. p. de pote. Episc. allegat. 24. n. 15. Neque rubrica missalis maturinum præcipiunt præmittendum, sed consulunt, vt latius ex tract. 7. de hor. canon. disp. 2. p. 4. n. 6.

Aduentum tamen communior prædicti Doctores negantes esse peccatum celebrare Missam maturinis precibus non recitatis, non esse intelligendum de Missa conuentualibus, & solemnibus in illis Ecclesiis, vbi ex conuentudine preces publice canuntur, ibi enim missa conuentualem precibus maturinis non recitat celebrare absque graui causa peccatum mortale est, tum ob scandalum. Tum quia obstarer illius Ecclesie publico, & conuenienti regimini.

P V N C T Y M X I.

De obseruandis in celebratione Missarum.

1. Obseruare tenetur sacerdos que in Missali prescribuntur.
2. Ob nullam causam licet sacrificium imperfectum facere, bene tamen imperfectum reliquum, constat ex dictis hoc præfensi tract. pun. 2. Non enim tibi licitum est consecrare Panem animo non consecrandi, Vinum neque consecrare Panem, & Vinum animo non consumendi vitramque speciem, quia essentia, & integritas sacrificij tanta considerationis est, vt merito debes bono cuiilibet temporali præferrere nullatenus autem præferes, si ob vitandam mortem velles in vna tantum specie consecrare, vel vitramque specie consecrata, vitramque non lumere. Quod si dicas inde probari consecrata vna specie, te non posse à consecratione alterius cessare, quinimo neque à consumptione, vitramque tametí periculum mortis imminet, alia bonum temporale vita, essentia, & integritas sacrificij præferretur, siquidem ne moriaris vis sacrificij dimidiatum reliqueret: Respondeo bonum temporale, essentia, & integratis sacrificij indirecè præfers posse, secus directè, & formaliter. Cum ergo consecras vna Hoffiam animo non consecrandi aliam, vel animo non consumendi vitramque ob malum mortis vitandum, directè, & formaliter præfers tuam vitam sacrificij essentia, & integratis, sed Vini consecratione aliam debita. Ade præceptum diuinum negatiuum esse, ne vnam speciem consecres, quin animum habeas consecrandi aliam, & vitramque sumendi. At quod consecrata vna hoffia alteram consecres, & vitramque summas, affirmatum est præceptum. Præcepta autem negativa regulariter strictius obligant, quam affirmativa. Ergo &c.
3. Affterio tertia. Sacrificium incepimus nequis absque rationabili causa interromperem, quia ex præcepto saltem Ecclesiastico lato à Pio V. obligaris Missam vlsque ad finem continuò prosequi, colligiturque ex cap. illud. cap. nihil. 7. quæst. 1. ibi: Nullus abique prouenuit pacientis mollesia minister, vel sacerdos cum ceperit imperfecta officia prælumen omnino reliqueret. Si quis haec temeriter præsumplerit, excommunicationis sententiam sustinebit. Bonac. pluribus relatis disp. 4. q. ultim. punct. 10. numero 25.
4. Causæ autem legitimæ, ob quas sacrificium ante consecrationem, vel consecratione facta inerrumpi potest, varia sunt. Et quidem ante consecrationem minores causæ sufficiunt, siquidem vlsu receptum est ob concionem populo habendam, ob ordines celebrando sacrificium inerrumpi.

Primum

Affterio prima. Sacerdos obligatus est seruare que in Missali Romano reformato præscribuntur, constat ex

præcepto Pij V. relato in principio Missalis. Et ex Trident. fess. 22. decreto de obseruand. in celebrat. missar. Seruanda tamen sunt sub graui culpa, si materia grauis sit; sub leui, si sit leuis. Grauiratem materiæ desumes primò ex essentia, & integritate substantialis sacrificij. Unde si sacrificium imperfectum reliquas sive essentialiter, sive integraliter peccatum commites, sicuti si consecres Panem, Calice non consecrato, vel consecrata vitramque specie vitramque non sumas. Secundò ex integritate sacrificij accidentalis, hoc est ab Ecclesia instituta. Etenim Ecclesia in sacrificij ornatum, & decorum, specialemq; cultum pluribus partibus exornauit, videlicet introitio, epistola, Euangelius oratione &c. Omisso ergo cuiuslibet partis integræ ex his quo pro omni sacrificio sunt ab Ecclesia institutæ, cenfenda est grauis materia. Quapropter peccare mortaliter, si Confessionem, vel Introitum, vel Euangeliū, & à fortiori quamlibet integrum orationem ex canone omittere. Secus vero si Gloria, Credo, aliaue orationes, quae non in omnibus sacrificiis recitantur, sed in aliquibus, quia haec non sunt partes integrales sacrificij absolute sumpti, sed huius, vel illius diei. Tertiò ex significacione, hac enim de causa diximus te mortaliter peccaturum, si omittas vino misere. Et idem est de divisione hostie, & mixtione illius cum sanguine.

Econtraria fit grauem iniuriam reputandam non esse omissionem illius partis, quae neque ad integratem sacrificij etiam accidentalem, neque ad speciale aliquam significacionem dirigitur, sed potius ad illius ornatum, decentiam, & speciem cultum pertinet, alia omisso cuiuslibet ceremonia, & ritus peccatum mortale constitueret, nullusque ferè sacerdos qui celebrando mortaliter non peccaret, cum pauci sint qui ita exactè ritus, & ceremonias obseruant, vt vnam vel alteram non omitant, aut sinistre faciant.

Debes tamen aduertere ex prædicta Bulla Pij. V. & ex Trident. fess. 22. decreto de obseruand. in celebrat. missar. non solum te peccare posse omisso aliquius partis sacrificio pertinentis, sed etiam additione alterius partis extranea. Et quidem si animo inducendi nouum titum addicio fiat, certum est peccatum esse mortale, si autem ex imprudenti denotione contingat, à mortali excusari poterit, præcipue si additio levius sit, sicuti latius nota Suar. disp. 83. f. 3. & disp. 84. f. 1. Aegid. de Coninch. q. 83. art. 4. an. 266.

2. Affterio secunda. Ob nullam causam etiam ob vitandam mortem licitum est sacrificium imperfectum facere, bene tamen permitti imperfectum reliquum, constat ex dictis hoc præfensi tract. pun. 2. Non enim tibi licitum est consecrare Panem animo non consecrandi, Vinum neque consecrare Panem, & Vinum animo non consumendi vitramque speciem, quia essentia, & integritas sacrificij tanta considerationis est, vt merito debes bono cuiilibet temporali præferrere nullatenus autem præferes, si ob vitandam mortem velles in vna tantum specie consecrare, vel vitramque specie consecrata, vitramque non lumere. Quod si dicas inde probari consecrata vna specie, te non posse à consecratione alterius cessare, quinimo neque à consumptione, vitramque tametí periculum mortis imminet, alia bonum temporale vita, essentia, & integritas sacrificij præferretur, siquidem ne moriaris vis sacrificij dimidiatum reliqueret: Respondeo bonum temporale, essentia, & integratis sacrificij indirecè præfers posse, secus directè, & formaliter. Cum ergo consecras vna Hoffiam animo non consecrandi aliam, vel animo non consumendi vitramque ob malum mortis vitandum, directè, & formaliter præfers tuam vitam sacrificij essentia, & integratis, sed Vini consecratione aliam debita. Ade præceptum diuinum negatiuum esse, ne vnam speciem consecres, quin animum habeas consecrandi aliam, & vitramque sumendi. At quod consecrata vna hoffia alteram consecres, & vitramque summas, affirmatum est præceptum. Præcepta autem negativa regulariter strictius obligant, quam affirmativa. Ergo &c.

3. Affterio tertia. Sacrificium incepimus nequis absque rationabili causa interromperem, quia ex præcepto saltem Ecclesiastico lato à Pio V. obligaris Missam vlsque ad finem continuò prosequi, colligiturque ex cap. illud. cap. nihil. 7. quæst. 1. ibi: Nullus abique prouenuit pacientis mollesia minister, vel sacerdos cum ceperit imperfecta officia prælumen omnino reliqueret. Si quis haec temeriter præsumplerit, excommunicationis sententiam sustinebit. Bonac. pluribus relatis disp. 4. q. ultim. punct. 10. numero 25.

4. Causæ autem legitimæ, ob quas sacrificium ante consecrationem, vel consecratione facta inerrumpi potest, varia sunt. Et quidem ante consecrationem minores causæ sufficiunt, siquidem vlsu receptum est ob concionem populo habendam, ob ordines celebrando sacrificium inerrumpi.